

**R. P. Valerii Reginaldi Bvrgvndi Seqvani E Societ: Iesv,  
Praxis Fori Poenitentialis**

Ad Directionem Confessarii, In Vsv Sacri sui muneris ...

**Regnault, Valère <1543-1623>**

**Mogvntiæ, 1617**

Cap. 3. De documentis notandis cum ex præceptis iudicium aliquod  
speciale fertur de peccatis,

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-78477](#)

generis. In ea autem, quæ prioris generis sunt dispensatio faltem imperfecta, cadere certetur, cum illam quam diximus mutationem admiserim: quod qua ratione contingat ex sequentibus obseruationibus intelligitur.

Tertius igitur obseruatio est. Cum illud quod sub præceptum iuris nature cadit, inuenitur repugnare bono communio, aut alio bono maiori; tunc ipsum certe, de iure naturæ esse: eo quod recta ratio dicet bonum communio præferendum esse priuatum: & bonum maius minus: & spectans ad salutem animæ, spectanti ad salutem corporis, atque adeo esse modo quoddam dispensatum in præcepto illo, sub quod tale quid cadit: ita ut in eiusmodi cau contrauenire ei, non sit peccatum. Sic igitur non obstante quanto præcepto Decalogi, indicamus maleficos à magistris sine peccato necari: & in iusto bello cum nocentibus innocentes eis permixtos interfici propter communio pacis bonum. Item in occidentem probatum in iudicio reum mortis, liceo condemnari. Iudicante, ad vitandum fædulum populi, & perturbationem in Republica, etiam si iudex ipse priuata scientia illum innocentem esse sciat. Sic etiam non obstante septimo præcepto, leges humanæ usurpatioris, & præscriptionis, auferunt vero dominio quod suum est, propter bonum communio; ut tandem interminabiles ac infinitæ dirimantur, paxque publica seruitur. Si porro iudicamus quando opus fuerit, nos debere cum vita periculo (de qua re in precedenti lib. i. cap. 8. parte posteriori) fidem & Religionem Christianam, Ecclesiæq; authoritatem tueri, ut saluti animæ, sive nostræ sive alienæ, prouidere. Ita ut adultera peccante, non ex malitia, sed ex infirmitate, si à me admonita emendabitur, etiam mortis periculum mihi ab adultero iniminet, debeam illum monere. Similiter populum quem hereticus seducit, si à meminitus emendabitur, temere monere, quantumcumq; inde incurram eminens vite periculum: & sic de huiusmodi alijs.

N. 19. Quarta obseruatio est. Mutationem vel sectundum se, aut secundum suam circumstantiam, sepe facere ut ipsa designat esse iuris naturæ, ac eius contrarium dicetur à recta ratione, sicut usurpatio rei alienæ iniuria domino, dictatur in eo qui premunit extrema necessitate; in qua res ex aliena, fit illi cum domino coiunni. Dictatus quodque non est redendum depositum domino furioso, vel hosti Recipib, quibus restitutum, perniciosum est. Vnde oritur etiam modus quidam dispensationis sufficiens ad excusandum à peccato transgressionis præcepti, sub quod talis res cadit. Sic enim in duobus casibus proxime positis, non peccarunt contra præceptum Non furtum facies. Nec item peccarunt contra præceptum Non occides: tum Abraham cum voluit filium occidere cui est ea de causa promissio amplissima facta à Deo (tum Sampson cum interfecit scipsum: quem D. Paulus ad Hebr. numerat inter eos qui adepti sunt promissiones).

Cur autem non peccarint, ratio est: quod in illis casibus conditio occisionis prohibita quinto præcepto, mutata fuerit auctoritate Dei habentis in omnes homines potestatem vita & necis: ita ut illos tum ipse per se aut per causas naturales, vel alios homines: tum etiam per scipios incepit occidere possit: tam ut absolutus Dominus, quam ut Index punitus in nobis peccatum originale, per quod omnes mortem meruimus.

Similiter iudicantur Hebrei non peccasse contra præceptum Non furaberis, quod Exod. ii. mutuo petita ab Aegyptiis vasa retinuerunt: quia Deus transtulit in eos dominium talium rerum acceptarum; sic ut ex desiderient esse aliena. Qno etiam referri potest Ostia exclusio à peccato contra præceptum Non fornaberis: cum Dei iussu sumpsit sibi vxorem ex qua faceret sibi filios fornicationum: nempe quod Deus suavitè efficerit, ut Propheta & fornicaria consentirent in matrimonio. Quod vero Propheta iubet facere filios fornicationum, accipendum est: sensu, ut iubetur facere filios illius, quæ era fornicaria. Vide Sotum in lib. 2. De iust. & iure qæst. 3. art. 8. in solutione 3. argumenti.

N. 20. Quinta obseruatio est. Ut sine peccato bonum priuatum ob communio, vel minus bonum ob maius deferatur (si quidem id ipsum sine communio, sine maius bonum obligatorum esse, dicitur restatuio) sufficiere declarationem, per quam constet

de tali obligatione; consequenter enim constabit bonum priuatum vel minus bonum quod ei repugnat, delinere de iure naturæ esse, dictari à recta ratione. Sin autem ipsum communi vel maius bonum fuerit tantum in confilio: seu quod recta ratio dicet quidem, non tamen ut obligatorium; requiri dispensationem Superioris: quia bonum priuatum vel minus bonum ex eo, quod illi repugnat, non definit esse naturæ iure praepiente: quod præponderat iuri consulenti. Quanquam si dispensatio interueniat postponi potest; quia rectaratio consilens aliquod commune vel maius bonum, dicat quod possit homo propter illud, liberari ab obligatione iuri naturæ, eidem bono repugnantis, prosecutionemque illius impeditus. Sic ergo Papa in voto & in iuramento, ad quorum obseruationem secundum Decalogi præceptum obligat, dispensat propter communio ut maius bonum: ita q; ad vitanda maiora & frequencia peccata: ut in eo voto quod per humanam fragilitatem faciliter frangeretur. Ac etiam ad tollendam improbis libertatem vexandi bonds & innocentes: ut in iuramento ut metum facta latroni, aut tyranno. Ratio enim naturalis dicat, tam gratia, ne Deo ciuilla sunt, ut ipsa relaxentur ad remouendas peccatorum occasionses; quam ut obligatio ipsorum cum aliis occasionibus maneat. Id quod locum habet etiam si quis iurasset se non perfidum dispensationem: quia tale iuramentum perinde est dispensabile, nec magis obligatorium, quam certa: cum quibus omnino, in ratione iuramenti conuenit.

### CAP. III.

De documentis notandis cum ex præceptis iudicium aliquod speciale fertur de peccatis.

### SUMMARIUM.

- 21 Præceptum non implet qui illud omnino ignorat, etiam si faciat id quod per ipsum præcipitur.
- 22 Contrarie præceptum legi peccat, non modo qui illud transgreditur, sed etiam qui habet propositum transgrediendi, aut de illius transgressione delectatur.
- 23 Quis dicitur voluntaris affectus efficax.
- 24 Illius differentia ab affectu simplicis complacentia, in ordinis ad iudicium de virtute q; malitia.
- 25 Effectus efficax, quando inducit naturam simplicis complacentie.
- 26 Ratio iudicandi de affectu simplicis complacentia, an sit peccatum mortale, necne.
- 27 Complacentia de peccato prout ipsum est contra proximum, quia si mortalis.
- 28 Quando item, cum est de re prohibita, quia mala: ut de actu impudico.
- 29 Et quando de re mala, quia prohibita: ut de fæci carnium in die ieiuniis.
- 30 Ratio iudicandi de affectu simplicis disiplentie, num sit peccatum mortale.
- 31 Modo peccandi consentiendo alteri peccanti, ac primo relati in glossa ad cap. 1. officio delegati.
- 32 Relati à D. Thosu, cuius eorum explicazione.
- 33 Præcepto laicale, diuinum præfatum cedit; & hinc, præceptum humanum.
- 34 Hoc procedere: cum inspositum à naturali, aut humanum à distino removet conditionem necessariam ad obligationem, exemplis declaratur.

PRIMUM EST. Ut quis censetur præceptum aliquod impluisse, requiri vt id quod præcipitur egere, non modo ex scientia de qua est habita mentio in cap. i. qæst. 2. præpos. tertia: sed etiam ex scientia legis: hoc est, actu, aut saltu virtute sciendo se agere secundum legem sibi præceptam. Ratio est, quia ad seruandam legem sibi præceptam, requiritur vt quis ei consentiat, velut ut id facere quod per eam iubetur. At hoc non potest ille qui nullo modo legis scientiam habet: quia consensus non est sine scientia, per tradita in præced. lib. i. c. 4. Sic igitur ille qui scit esse præceptum à se obseruandum de audiendo sacro Missæ in die festo, audit illud cum debita deuotione nesciens tamen diem eum esse festum, implet id ipsum præceptum, quia operatur cum cognitione eius saltu virtuali: seu quæ cum

N. 21.

ræcesserit actu, persequerat habitu, etiam si ipse tunc non recordetur actu. Sed si præcipgetur ut omnes ieiunient semel in mente, & aliquis nihil inquam de tali præcepto cognovisset, etiam si semel iam ieiunasset, tamen certior postea effectus de tali præcepto, teneretur iterum eodem mente semel ieiunare: quoniam antea non egit ex lege quam omnino ignoravit.

Varii modi quibus contingit transgreendi unum, &  
idem preceptum.

### SECTIO I.

Nu.22.

**S**ecundum est: Non solum præcepti transgressionem est se peccatum, sed etiam præcepti transgreendi propositionem, quod affectus efficax dicitur, imo & deliberata voluntatem electandi se in præcepti transgressione: etiam si nullatenus sit exequendu illud in quo transgressio ipsa consistit: ut quando quis delegatur de alieno opere malo, vel de proprio præterito vel de peccato absolute, absque ordine ad executionem: quæ quidem voluntas dicitur affectus simplicis complacentia. Quis documentatio est, quod ut in transgressione voluntaria præcepti, sic & in illius proposito ac in simplici complacentia voluntaria, insit deliberatus in malum consensu, qui constitutus peccatum pèr tradita in præcedenti lib. i. cap. 4. & 5.

Nu.23.

Pro illius autem plena intelligentia notandum est primo, affectum efficacem non tantum esse cum quem sequitur effectus, transgreßio inquam, vel qui effectu frustatur ob impedimentum solummodo externum; sed cum etiam qui prævia deliberationis, iudicative intellectus resolutione, versatur ea ratione circa præcepti transgressionem, ut ad executionem illius teat voluntatis affectus: à qua tamen retrahatur timore interno aliquius periculi, quod si non adfert, exequetur id ipsum quod habet in animo. Exemplum est: cum pecunia cupidus, ducitur affectu, quo plane vellet eam furari; sed non furatur, propterea quod metuit suspicione, vel aliud periculum.

Nu.24.

Notandum est secundo, differentiam esse inter affectum efficacem & affectum simplicis complacentia: quod malitia transgressionis præcepti, derelictur in illum; non autem in hunc. Ratio est, quoniam affectus efficax, est ex se causa transgressionis præcepti: vnde licet tempore eam præcedat, neque eam ex illa sequi postea contingat; merito censetur perinde finalis ac transgressio ipsa, cuius ex se causa est. Nam & ea ratione medicina ex sanitate, cuius ex se causa est dicitur sana. Affectus vero simplicis complacentia non est ex se causa transgressionis præcepti; quia non prouenit, sicut affectus efficax, ex consultatione procedens ad opus; sed ex absoluta ipsius operis propositione facta voluntati ab intellectu. Quo fit ut ad iudicandum de malitia affectus efficacis, sitne moralisan venialis, & quam peccati speciem constitutum; attendendum sit ad opus: cum ille semper repugnet eidem virtuti, cui id ipsum opus: iuxta illud Oscar no[n]: Facti sunt abominabiles sicut ea quæ dilexerunt: non autem ad iudicandum de malitia affectus simplicis complacentia, cum in eum illa non deriuatur ex opere malo, de quo complacere contingit: vt argumento est, quod interdum possit esse absque vla operis malitia, prout patet ex peccato inanis gloria, quod consistit in complacentia de bono opere. Sed quare si hoc ita sit; nec talia malitia iudicari debeat ex malitia operis sicut præcedens: vnde ergo iudicabitur? Respondeo iudicari ex regulis virtutis, videntio vrum talis affectus secundum se alium virtutis, vi inanis gloria mortalitatem, opponatur. Nam ex ea oppositione speciali, inveniuntur malitia species; atque ex illius quantitate notabilis, aut non notabilis, cognoscetur an sit malitia mortalitas, an tantum venialis.

Nu.25.

Notandum est tertio, affectum efficacem invenire naturali affectus simplicis complacentia: si is qui affectus ab operis affectati executione ex hoc retrahatur, quo aduerat illud esse peccatum. Nam is qui opposita honestate permotus abstinet a peccati perpetratione, excludat se peccandi propositum. Idem etiam videtur dicendum, si quis ita retrahatur timore peccati, ut alia quoque ex parte, executio ipsa minime illi placeat. Nam percusus tali timore (qui de se bonus est) ut patet ex Concil. Trident. sess. 14. cap. 4.) censeri potest

propositum peccati exterioris à se excludere. Affectus igitur tunce proprie efficax esse censetur, cum operis executione, non obstante quod sit peccatum, sic alii placet ex oīni alia parte, quod omnino incumberet ei, nisi metu peccati aut alterius periculi retraheretur.

Notandum est quarto, quando in affectu simplicis complacentia contingat notabilis oppositio, pugnantiae cum virtute, ex qua iudicandi sit peccatum esse mortale; doceri in particulari propositum aliquo exemplis ex quibus similiiter de ceteris iudicari possit. Primum est superbius quæ quis in propria excellentia, contra virtutem humilitatis notabiliter sibi complecat: vt Angelis primo peccantibus contigit. Vbi adiungit quod sicut complacentia ex eo de se mala est, quod recte opponatur virtuti: ita etiam mortaliter aut venaliter aut malam ex eo esse, quod talis oppositio fuerit vel non fuerit notabilis. Id autem prudenter relinquitur determinatum ex regulis in præc. lib. 15. cap. 5. propositis.

Secundum exemplum est complacentia quæ de quoque peccato habetur, quatenus ipsum est contra Deum. Ea enim ex ordine ad Deum est notabilis contra charitatem, cui præcipue conuenit rectum facere voluntatis affectum erga Deum.

Tertium est complacentia de peccato, quatenus est contra legem vel mandatum Superioris: ea enim est notabiliter contra virtutem obedientiae; quandoquidem nec primarie versatur in recta moderatione affectus interioris erga Superioris legem, mandatum ve: ne scilicet agatur ex eius contemptu.

Quartum est, complacentia de peccato, quatenus est contra proximum: ita nimirū, vt ipsum ideo placeat, quod proximi persona displaceat. Tali enim complacentia rationem habet odij, charitati directe repugnat. Sic delectari de homicidio ea ratione qua malum est proximi, propterea quod persona ipsius displaceat, constitui mortalem complacentiam: non autem delectari de eodem, ratione tantum aliquius utilitatis vel commodi inde sequentis: vnde cum minime displaceat persona, si ut talis complacentia non habeat rationem odij directe repugnantis charitati: sicut nec amor proximi, rationem habet actus charitatis, si non sit ex complacentia persona; sed ex vilitate & contumacio quod ea adfert. Exemplum ponit Caigt. iii. 1. quæst. 29. art. 1. de matre cui placet mors filii, eo quod ipsam nuptiam tradere nequeat. Nam complacentia ea non habet rationem odij inimicitie, cum non displaceat persona: sed odij, ut idem vocat, abominationis: quo cum placeat persona, displaceat res eam attinens: vnde opponitur amori concupiscentiae, quo res placet: sicut odium inimicitie opponitur amori amicitiae, quo placet persona: vt idem author ibidem recte explicat.

Pari modo, delectari de furto factu se vel ab alio, quatenus est notabile damnum proximi, cum ratione habeat odij inimicitie ex displeasantia personæ, censendum est peccatum mortale: non autem delectari de furto propter utilitatem inde securam furi: aut propter subtilitatem & nouitatem modi, quo perpetratum est: quia id non est directe contra charitatem, cum nullam rationem includat odij inimicitie; nec etiam directe opponatur virtutis iustitia: cum sic delectari non sit facere, aut velle facere alteri iniuriam, ad quod impediendum, & suum cuique reddendum constitutur virtus ipsa iustitia; sed est hanc simplicem affectum, excludentem operis executionem, per quam iniuria infertur alteri. Verumtamen quia facile est ex tali affectu prouenire odium personæ (quo saltus pluris fiat oblectatio propria aut furoris virtus, quam proximitate indemnitas) is merito ut periculosus debet vitari: obtemperante & narrationes in colloquiis, ac lectiones in libris, & in theatris representationes ex quibus idem excitat ac fouetur.

Quintum exemplum, est complacentia interioris de fornicatione aut osculis, vel tactibus impudicis apprehensionis sub ea ratione quæ ex pleno consensu delectationem carnalē ferunt. Quæ complacentia peccatum est mortale: vt pote libido, sa & venerea, directe opposita virtuti castitatis: quæ moderatur non tantum exterioribus voluptatibus tactus, sed etiam ac multo magis (pro conditione felice virtutem moraliam quæ affectum mortalitatis sunt) interioribus voluntatis affectibus. Ex qua oppositione sicut habet, ut secundum

Nu.26.

Nu.27.

Nu.28.

se mala sit: ita ex eo, quod notabilis sit (prout censetur habita de fornicatione & taliibus impudicis secundum se cogitatis) habet ut iudicetur mortaliter mala. Quia de re dicetur ex afflictione in sequenti lib. 2.4. in quo tradenda sunt spectantia ad speciem rationem iudicandi de peccatis, habito respectu ad octimum praeceptum Decalogi.

Nu. 29. Sextum exemplum, est simplicis complacentiae de esu carnium in die prohibito: que non est de se mortali, etiam si prohibito eiusmodi tanquam facta notabili de causa obliget sub mortali. Namque praeceptum humanum, cuius generis est illud quo fit eadem prohibitio, tantum datur de actu externo, non autem de interno; nisi in ordine ad actum ipsum externum; prout in praecedenti lib. 13. num. 2. expositum est: quod ordo cum nullus sit in affectu simplicis complacentiae: sicut complacentiae propria sit non est mala ex malitia eius carnium, quem habet quidem pro objecto, non tamen ut cadentem suum predicatam prohibitionem: quam simplex ipsa complacentiae excludit: cum non sit affectus edendi carnes; sed tantum obiectatio accepta ex consideracione eius carnium: qualis esset aspiciens potentes in taberna, qui bibere non cuperet. Atque ita sit: ut simplex complacentia de esu carnium prohibito, non sit de se maioris malitiae, quam similibus, de esu carnii non prohibito: unde si haec non est censenda malitia notabilis, nec illa censeri debet, & per consequens veniale solum esse.

Eadem ex ratione complacentia de ludo sub mortali prohibito, censeri potest solum venialiter mala: quia talis prohibito ad eam non extenditur. Vnde ea non est peccatum, tanquam repugnans praecepto de non ludendo tali ludo; sed tanquam contra naturale praecepto cutrapelia. Cui immoderata complacentiae in ludo, perinde repugnat cum ludus non est, ac cum est prohibitus. In quibus tamen & aliis similibus, si motuum complacendi sit mortale, erit & complacentia mortalis: itemque si ea vestiatur aliqua alia mortal circunstancia.

Nu. 30. Ceterum de affectu simplicis dispergientiae, num sit malus mortaliter, an solum venialiter, eodem modo iudicatur quo de affectu simplicis complacentiae: nempe videndo an directe repugnet charitati, aut notabiliter alicui virtuti quae secundum se moderatur ipsi quoque interiori affectui dispergientiae seu tristitia. Sic enim odium, accidia, inuidia, quia sunt dispergientiae repugnantes charitati, peccato suo genere mortaliter iudicantur esse (de quibus s. suo loco postea) & dispergientia obedienti Superiori quatenus Superior est, mortaliter censetur, quatenus notabiliter opponitur obedientiae, quae moderatur interno affectu Inferioris erga Superiorum & sic de similibus.

Aduerte autem dispergientiam non esse statim iudicandam mortalem, ex eo, quod sit de actu virtutis qui principiter sub peccato mortali: sed attendendum est ex quo motu ea proueniat: si enim aliquis de clemosyna quam sub mortali facere tenetur, tristetur eo quod cuperet ex tali pecunia rem aliquam utili emere, non peccat mortaliter; sicut nec qui de se iunio Quadragesimali tristatur tantum ob molestiam corporalem quam adserit. Ad quod confirmandum induc potest quod non fuerit peccatum in Christo tristari de morte, quam sub praecepto subire tenebatur: quia de ea solum tristabatur, qua ratione erat naturae contraria.

Modi peccandi consentiendo alteri peccanti.

## SECTIO II.

Nu. 31. Tertium documentum est: non cum solum peccare mortaliter, qui peccatum aliquod mortale committit, in eo, perpetrandis est principius executor: sed etiam omnes alios (etiam si non sint similiter obnoxii censoris, irregularitatis, & restitutio in suis locis exponetur) qui ceterum culpae consentiunt, iuxta illud A. pol. in fine cap. epist. ad Roman. Digni sunt morte, non solum qui ea faciunt, sed etiam qui consentiunt facientibus, & tritum axioma usurpatum in fine cap. Notu, 2. quæst. 1. Facientem & consentientem per peccata constringit: quod ex citat. loco D. Pauli desumptum est indicant verba illa cap. 1. De officio delegati. Agentes & consentientes pari poena, scriptura testimonio puniuntur: vbi glossa in verbo pari pœna, distinguit quadruplicem consensum: vnu negligientia, alterum contumelij, tertium cooperationis, & quartum authoritatis seu defensionis.

Communiter vero nouem distinguuntur modi conseniendi peccato, quos indicant duo scilicet relati à D. Thom. 2.2. quæst. 62. art. 7.

Iustitia, consilium, consensio, palpo, recursus.  
Participans, mutuus, non obstante non manifestans,

Quibus, interrete Nauarr. Enchir. cap. 11. num. 13. significatur eum censentur peccato, atque adeo illius reum constitui, qui etiæ non sit eiusdem authoris principius executor, illud tamen vel iubet, vel consilium, vel ei consentit, vel laudat, aut receptat principalem ipsius authorem, vel eidem participat in talis peccato, vel cuncteatur & posset, ipsum sine verbo siue opere, non impedit peccare.

Porro ex eodem authore in cap. 17. num. 13. & aliquot sequentibus nomine iubentis præter eum cuius imperio expresso vel tacito peccatum mandatur executioni, intelligitur etiam is qui procurat talem executionem: vel si quis procuret graue aliquod damnum a potentiore inferiali cui: quod interteria sicut in familiariis Regem & aliorum magnatum qui his aperiunt & proponunt modos & vias vexandis aliquos: itemque Aduocatis vel Procuratoribus, quorum artibus aliqui causa cadunt, cum habeant instantiam. Obiter adverte, expressum imperium esse: si quis expresse alteri precipiat rapere, vel interficere, vel aliud id genus facere: tacitum vero, si quis alicui, qui ad ipsius imperium motetur, dicat aliquid, vnde possit conjiceri præceptum per perpetrandi facinorū. vñ Opto vindictam sumi de talis vel ei tale damnum inferri. Non mihi placebis, nisi hodie aliquid noui feceris, vel aliud simile, vnde alter mecum in imperando intelligat.

Nomine autem confundentis intelligitur non modo is qui consulit scienter & dolose: sed etiam is qui bona fide quidem, sed non adhibitis studio & diligentia debitibus ad veritatem assequendam & ita merito monet Nauar. non esse minimum sicut scientiae & prudentiae in consulendo fidendum. Adde intelligi non modo eum, qui consilium dat: sed eum etiam qui adhortatur, rogat, intruit, utilitatemque criminis ob oculos ponit: vel aliud simile facit, vnde alter moueat ad illud perpetrandum.

Nomine vero contentientis intelligitur, non modo is qui consentit aliquid mortaliter malum perpetrati suo nomine, sed etiam is qui suo nomine perpetratum, gratum, ratumque habet: quo modo Princeps mortaliter peccat, non tantum consentiendo ut a suis bellum iniustum geratur; sed etiam gratum, ratumque habendo gestum.

Nomine porro laudantis intelligitur, non tantum is, qui industriam, fortitudinem & huiusmodi alia in peccante commendat: sed is etiam qui ignauiam, animum abiecit, & similia in eum superat, exprobrat, irridet, ut moueat ad perpetracionem peccati.

Nomine præterea receptantis intelligitur non tantum is, qui frequenter, sed etiam is qui semel recipit peccatum, aut alio modo securitatem illi præbet in favorem sui peccati. Nam quanvis verbum receptandi grammaticis fit frequentativum: si hacten doctrina vñs obtinuit, vñ significatione sui primitiū hoc est, verbi recipiendi, usurpetur, quemadmodum notat Angelus in verbo Hæreticus num. 23. & Syllo. in verbo Hæretis i. num. 10.

Nomine deinceps participantis, intelligitur is qui peccanti præbet auxilium in peccando: ut qui cooperatur sive ministerando instrumenta, quibus exequatur felius; sive se solum ei adiungendo in executione; sive eum comitando, quo tutus aut commodius exequatur. Ceterum tria reliqua nomina mutuus, non obstante, non manifestans, accipienda sunt prout sonant: & est addenda eis particulari, cum teneatur & posset: quia vel alicui peccatum ideo imputetur, quod omisit illud impedit, non est satis quod impedit potuerit, nisi ad id etiam teneretur; hoc est, non sufficit potestas sine obligatione, vñ ex D. Thoma & Cafer. habet in cit. cap. 11. num. 13. Nauarr. & patet per doctrinam de peccato omissionis traditam in præced. lib. 13. cap. 2. Ea autem obligatio esse potest vel ex lege charitatis, qua omnes interuenientibus quibusdam circumstantis, tenentur obuiare peccato committendo a proximo; vel ex lege iustitiae, ex qua multi simili ter tenentur obuiare ratione officij quod gerunt, vel stipendijs quod accipiunt.